

1561: 17 Febr

915
Et Mo. Biliujano

Eidem Gabe Konarsuo Cumerus.

299
Illud non videtur mihi pretermittendum esse.
Si Lapuoda negabit litem, imo etiam si non ur-
gebit adigendum esse eum ad cautionem, judica-
tum solvi. Poterit autem his compilatione hereca-
tatis aestimari, quadringentis millibus aureor.
Quod si satis dare non poterit, quemadmodum
spero compingetur, in carcerem custodie causa.
Quod si factum erit, multa proferentur in litem
causa nostrae servientia. Et poterit in subsidium
adhiberi edictum pontificium, quod istis non
invisitatum est. Hic matura et fidei consilio
opus est. Hoc autem progressu quasi Thesei fili-
o, fortassis etiam et criminalis actionis testi-
monia posset perveniri. By dno u chueli
wiczue. Scripsi D. Ludovico non semel de
repetendis, a thesaurario rebus amotis circa
confectionem inventarij. Scripsi etiam D. V. de
Arde. Inde probationes contra Lapuodam eli-
ci possent. Curie autem amotari quedam-
epus generis ex ipso inventario, que negare il-
le non poterit. Ea q. mitto D. V. inde. Quod si
causificaretur ille, in processum ea relata es-
se, responderi posset processu nos illo opus non
habere: neq. nobis instantibus eum confectum
esse. Privata esse alia ad filium, secundum
matrem pertinentia. Denique si hac non suc-
ceder, processus ille petatur ad inspiciendum
ut de eo, cum ipso transigatur, vel rex noster
informetur. Fere eum non difficilem, cum plu-
rimum ejus intersit, ut haec habeat. Posseut eti-
am obiter et terrores adhiberi. Multa peccata
esse ab eo circa confectionem inventarij, que
ex ipso inventario facile deprehendi possit. Sed
omnia haec dextre fieri oportet. Velim autem
has admonitiones meas in bonam partem au-
pi, ac non illud mihi cuius e comedia. Tom-
sumne ab re tua tibi cui est, ut aliena iures.
neq. enim prorsus aliena sunt, haec a me omnia

t. am on

